



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Petri De Dusburg, Ordinis Teutonici Sacerdotis, Chronicon  
Prussiae**

**Petrus <de Dusburg>**

**Francofurti ; Lipsiae ; Regiom. Pruss., 1679**

Cap. CCLX. Idem de eodem.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11850**

*Conradus de Fenchwangen X. Mag. Gen. Ord. Teut.  
Mencko de Querfurt XII. Mag. Provinc. in Prussia.*

figia hominum recentia, quos sequens frater Walthenus dictus (a) Goloni cum paucis armigeris omnes occidit, præter unum, qui fugiens venit ad fratrem Henricum de Wedere, & ipsum graviter vulneravit, non tamen sine defensione; qui frater Henricus ipsum lethaliter plagavit. Accepto ergo equo fratris Henrici idem Ruthenus recessit: sed frater Waltherus sequens cruoris, qui de vulneribus ejus manavit, vestigia, invenit eum & occidit. Sequenti die fratres transierunt glaciem Memelæ & intraverunt territorium & præurbium dicti Castri Garthe, incendio vexarunt & rapinâ, & post occisos captivos CC. homines deduxerunt.

## ANIMADVERSIONES.

(a) Infra cap. 268. appellatur Goldoni.

(b) Addit Jeroschinus, ipsum hoc fecisse anno Pontificatus sui secundo.

Addit & sequentia:

Zu diesem Bonifacio	Sprach zu einer Zeit also;
Der Bietreine Celestin,	Der sin Vorsahr war gesin.
An dem Ampte vor der Frist/	Sam ein Fuchs bistu mit List.
Kamen in den Ehrenpriß	Un Herschst woll in Loewen wis
Hernach du vertreibest/	Un als ein Hund erstirbest
Das auch sich allß ebene	Erfand an seinem Lebene.

Deinde de Cælestino Decessore hujus addit:

Do dirre selbe gutte Mann	Das Babistum hatt uffgetahn/
Da quam ein Wib vor ihn gegan	Und begand Ihm ruffen an/
Das Er Ihr gebe seinen Seg n	Und do Er hatte das gepfin
Ein Kind Sie uf dem Arme trug/	Das der Naturen ungesug
Krumme Geschuff an der Geburth	Das ward beydeme Segne durt
Den Er dahin Strich mit der Hand	Wol gesund alda zu der Hant.

## CAP. CCLX.

*Idem de eodem.*

sigill

Eodem

*Conradus de Feuchtwangen X. Mag. Gen. Ord. Teut.  
Meneko de Quersfurt XII. Mag. Prov. in Prussia.*

**E**odem anno & tempore quo Reges solent procedere ad bella, Rex Withenus cum multitudine copiosa Lethovvinorum pugnaturus contra fratres, intravit terram Livoniae. Unde frater Bertholdus Commendator de Kunnigsberg, qui hujusmodi eventum à multo retracto tempore summo desiderio optavit, scil. cum ipse Rex terram suam sic exiret; fratrum Exercitus subintraret, congregato magno Exercitu Capitaneum fecit fratrem Henricum Zutsvert Commendatorem de Balga, ut cum dicto Exercitu procederet versus Lethoviam, dicti Regis terram vastaturus, qui cum venisset jam non longe à terra Regis, nescio quo ductus Spiritu retrocessit, impugnansque Castrum Gartham tantam Castrensiū per crebra jacula invenit resistantiam, quod, multis de Christianis graviter vulneratis, infecto negotio est reversus.

CAP. CCLXI.

*De*

*Deprædatione quinque villarum.*

**P**osthæc intravit Exercitus Lethovvinorum terram Colmensē, & circa castrum (a) Golubam, quinque villas despoliavit, captis & occisis ibi pluribus Christianis.

ANIMADVERSIO.

(a) Infra, castrum Golubense à Conrado Sacco sexto decimo Magistro Provinciali conditum esse refert. *Vide qua notavimus ad cap. 272. Conf. Henneb. in Comment. pag. 142.*

CAP. CCLXII.

*De*

*Discordia Civium de Riga, contra Fratres Domus Teutonice & Livoniae.*

Uu 2

Anno